IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI INCIPIT LIBER APOCALYPSIN

Quedam que diuersis temporibus In ueteris Testamenti libris prenuntjata sunt de natiuitate Domini et Saluatoris nostri secundum deitatem uel de corporatjone eIus. De passione quoque et morte siue de resurrectjone regno atque Iudicio pro uiribus scientjae et Innumerauilibus libris et sanctorum patrum nobilissimorum sententjali brebitate notata pauca proferenda putabi. Ut prophetarum auctoritas fidei gratjam firmet et Infidelium Inperitjam probet. Que quamuis omnibus nota sint qui per amplitudinem scripturarum percurrunt facilius tamen ad memoriam redeunt dum brebi sermone leguntur. Que tamen non a me sed a sanctorum patrorum que explanata reperibi In hoc

libello indita sunt et firmata his auctoribus Id est Iheronimo Agustino Ambrosio Fulgentjo Gregorio Ticonio Hireneo Abringio et Ysidero. Ut que In aliis legens non Intellexisti In hoc quamuis pleueio sermone In aliquibus diriuatum tamen plena fide atque deuotjone expositum recognoscis. Omnium tamen librorum teca hunc librum credas esse clauiculam. Et si alicubi offendi delinquemti Indulgeat karitasque omnia superat Haec sunt parua ex multis quae probabilium uirorum nouimus percepisse doctrinis. Quorumque eloquia proInde quibus In locis a nobis Interlecta ese noscuntur. Ut sermo noster paternis sententjis firmaretur. Haec ergo sanctae pater Etheri te petente ob aedificatjonem studii fratrum tibi dicabi ut quem consortem perfruor religionis quoheredem faciam et mei laboris EXPLICIT